Fragmentarium

domini astitit et lumen refulsit
in habitaculo carceris percussoque
latere petri excitavit eum dicens
surge velociter. Quia
[n]ullius nacionis homines
in hac tunc urbe non erant
aut que usquam lingue ig-
norarent quod roma didicisset.
hic colluctantes phylosophie
opiniones. hic dissoluende
terrene sapiencie vanitates.
hic confutandus demonum cul-
tus. hic omnium sacrificiorum
impietas destruenda. In
diligentissima habebatur
superstitione collectum. quic-
quid usquam fuerat vanis er-
roribus institutum. Ad hanc ergo
tu urbem beatissime pe-
tre apostole venire non metuis.
et consorte glorie tue paulo apostolo
aliarum adhuc ecclesiarum ordi-
nato [illegible] silvam
[illegible] bestiarum
[t]urbulentissime profundi-
tatis oceanum constantior

ris ingrederis. Nec [mun]dum
dominam times romam [qui in]
cayphe domo expaveras
sacerdotis
ancillam. [Tu es pastor] ovi-
um princeps apostolorum. [Ti]-
bi tradidit deus omnia
regna mundi et ideo tradite sunt
tibi claves regni celorum.
Quodcumque ligaveris et ideo
[Cor]nelius centurio vir
religiosus ac timens deum vi-
dit manifeste angelum dei di-
centem sibi corneli mitte et accer-
se simonem qui cognominatur
petrus hic dicet tibi quid te [illegible]

License: public_domain – Paris, Bibliothèque nationale de France, NAL 2318, 75r – Breviarium
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-x3v1/3489/36274)